

Rec. fr. 69

Celeberrimo Amplissimoq; Viro,  
D. Constantino Hugenio, Dno  
à Zulichem. S.

Cum filius meus unicus (Vir Celeberrime) jam dis-  
jurus, Hollandiam brevi inuisurus sit, (unã cum  
alio quodam ex nostris Viro Egregio, D. Edovardo Ber-  
nardo, Collogij S. Johannis Socio, et nuper hujus  
Academiae Procuratore;) non potuit mihi non in  
mentem venire contracta dudum cum D. Christiano  
Hugenio, tanti Patris filio, amicitia; atq; nuperum  
etiam quod ante paucos annos a Te accepi, meritissi-  
mi filij Patre celeberrimo, benevolentia testimoniu;  
qui, filij amicitiam prosequens, quam et ratam  
voluisti, tuam adieceris; eamq; dum me Oxoni  
salutare dignatus es, testatam dederis, et postmodum  
amicissimis tuis sed et elegantissimis literis con-  
firmaveris. In mandatis itaq; dedi filio meo,  
ut, ubi Hagam Comitibus inuisere datum erit,  
quod forte post mensem unum aut alterum  
fieri poterit, D. Constantinum Hugenum, Zuli-  
chemiam, Virum merito celeberrimum, meo  
nomine quam officiose salutare, atq; has meas  
tamquam hospitalem litteram porrigere non  
omittat. Quibus significatum volui, me  
tanta

tante amicitiae, atq; honoris in me collati, non  
inmemorem esse, sed si qua foret occasio testari  
gratissimum quam facerem,

Amplissime Vir,

Scribebam Oxonij,  
ipsis Calendis Januarijs;  
Anno Erae Christianae,  
1668. Silesiae Anglicae.

Tui observantissimus,

Johannes Wallis.

11714 WALLIS (John), mathematician and divine, b. 1616, d.  
a. l. s., 1668, in Latin, to Constantine Huygens. 1½ page  
and address. Rare .....

B/14  
Baker  
March 16/57

Amplissimo Doctissimo et  
Celebratissimo Viri, Dno  
Constantino Huygens, Dno a  
Dilectionem,  
Hage-Comitis.

Scri  
ipis  
Anno  
1661

